

castellum Scharphenberch^{b)} constitutam cum fructibus et utilitatibus universis, quae nunc insunt vel inesse poterunt in futurum, ad usus fratrum Misnensium dedimus in perpetuum possidendas, ita tamen ut de redditibus unius talenti quod in eisdem bonis dedimus eis gratis, anniversarium nostrum singulis annis agant. Et ne quis nostrorum in posterum successorum Misnense capitulum in villis eisdem, quae ex donatione nostra ipsi ecclesiae tam rationabiliter accesserunt, occasione aliqua valeat impedire, auctoritate dei omnipotentis et nostra firmantes eisdem fratribus nostris pacem, praesentem inde paginam conscribi et sigilli nostri testimonio fecimus communiri. Data Misnae XV^o. Kal. Novembr. anno gratiae M^o. CC^o. XXVII^o, pontificatus nostri anno XX^o. Huius rei testes sunt Heidenricus praepositus, Petrus decanus, Sifridus, Nicolaus praepositus Budesinensis, Heimricus de Aquatico Castro, Petrus, Cunradus praepositus Wrcinensis, Euerhardus de Nemiz, Albertus de Pretin, Albertus de Dobelin, Vlricus de Kurin scolasticus, Lambertus, magister Lvtherus praepositus in Ozzek, Martinus de Mvlberch, Hermannus de Liznik canonici Misnenses.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen; das ziemlich gut erhaltene Siegel des Bischofs hängt an einem Pergamentstreifen.

Köhler cod. dipl. Lus. I. Anh. S. 60.

b) Reppnitz bei Scharfenberg, Par. Naustadt.

No. 104. Um 1227.

B. Lorenz zu Breslau benennt den in seiner Streitsache mit dem B. von Olmütz vom römischen Stuhle delegirten Richtern, dem Dechant Petrus und dem Scholasticus Ulrich zu Meissen, dann dem Canonicus B. zu Zeitz seinen Capellan M. Gotfrid als Bevollmächtigten.

Venerabilibus viris P. decano V. scolastico Misnensi et B. canonico Cicensi iudicibus a sede apostolica delegatis L. dei gratia Wratislaviensis episcopus devotum affectum et orationes in domino. Noverit vestra prudentia, quod in causa appellationis, quae vertitur inter venerabilem fratrem nostrum Olomucensem episcopum ex una parte et nos ex altera magistrum Gotfridum capellanum nostrum constituimus procuratorem ad agendum, defendendum, excipiendum et replicandum et ad omnia faciendum, quae quilibet procurator in causa simili facere posset, ratum habituri quicquid per ipsum in hoc negotio fuerit ordinatum. Hoc idem adversario significamus et petimus, ut praesentis libelli ei copiam faciatis.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv; das an einem von der Urkunde abgetrennten Pergamentstreifen befestigt gewesene Siegel fehlt.

No. 105. Um 1227.

Ulrich Scholasticus zu Meissen und B. Canonicus zu Zeitz richten in der vorstehend genannten Streitsache an den Custos Lambert zu Budissin die Vorladung in Altzelle zu erscheinen.

V . . dei gratia scolasticus Misnensis et B. canonicus Zicensis iudices a sede apostolica delegati domino L. custodi Budesinensi sinceram in domino caritatem. Rogandam duximus honestatem vestram et auctoritate qua fungimur praecipiendo